

**INTROIT Is. 59: 21; 56: 7**

Dicit Dóminus: Sermónes mei, quos dedi in os tuum, non deficient de ore tuo: et múnera tua accépta erunt super altáre meum. (Ps. 111: 1) Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dicit Dóminus: Sermónes mei, quos dedi in os tuum, non deficient de ore tuo: et múnera tua accépta erunt super altáre meum.

**COLLECT**

Gregem tuum, Pastor ætérnæ inténde: et per beátum Clementem, Martyrem atque Summum Pontificem tuum, perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitisti esse pastórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Felicitas, Martyr)*

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, beátæ Felicitátis Martyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsíus protegámur et précibus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Philipp. 3: 17-21; 4: 1-3**

Fratres: Imitatóres mei estóte, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut hábent formam nostram. Multi enim ambulánt, quos sæpe dicébam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos Crucis Christi: quorum finis intéritus: quorum Deus venter est: et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conversátio in coelis est: unde étiam Salvatórem expectámus, Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ, secúndum operatiónem, qua étiam possit subjicere sibi ómnia. Itaque, fratres mei caríssimi et desideratíssimi, gáudium meum et coróna mea: sic state in Dómino, caríssimi. Evódiam rogo et Sýntychen déprecor idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et te, germáne compar, ádjuva illas, quæ mecum laboráverunt in Evangélio cum Cleménte et céteris adjutóribus meis, quorum nómina sunt in libro vitæ.

**GRADUAL Psalm 106: 32,31**

Exáltent eum in ecclésia plebis: et in cáthedra seniórum laudent eum. V. Confíteántur Dómino misericórdiae ejus, et mirabília ejus filiis hóminum.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam. Allelúja.

**GOSPEL Matthew 16: 13-19**

In illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt: Álii Joánnem Baptistam, álii autem Eliám, álii vero Jeremíam aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam, et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

**OFFERTORY Jeremias 1: 9-10**

Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, constítui te super gentes et super regna, ut evéllas et destruas, et ædífices et plantes.

**SECRET**

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat illúmina: ut, et gregis tui proficiat illúmina: ut, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Felicitas, Martyr)*

Vota pópuli tui, Dómine, propitiátus inténde: et, cujus nos tribuis sollémnia celebráre, fac gaudére suffrágiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Matthew 16: 18**

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam.

**POSTCOMMUNION**

Refectiõne sancta enutritam gubérna, quæsumus Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accipiat et in religiõnis integritáte persístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Felicitas, Martyr)*

Súplices te rogámus, omnipotens Deus: ut, intercedéntibus Sanctis tuis, et tua in nobis dona múltiplices, et témpora nostra dispónas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The Lord saith, My words which I have put in thy mouth, shall not depart out of thy mouth: and thy gifts shall be accepted upon My altar. (Ps. 111: 1) Blessed is the man that feareth the Lord; he delighteth exceedingly in His commandments. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord saith, My words which I have put in thy mouth, shall not depart out of thy mouth: and thy gifts shall be accepted upon My altar.

Eternal Shepherd, regard graciously Thy flock, and keep it with an everlasting protection, by the intercession of blessed Clement, Thy Martyr and Sovereign Pontiff, whom Thou hast constituted shepherd of the whole Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that, observing the festival of blessed Felicitas, Thy Martyr, we may be protected by her merits and prayers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Be followers of me, and observe them who walk so as you have our model. For many walk, of whom I have told you often (and now tell you weeping), that they are enemies of the Cross of Christ; whose end is destruction, whose God is their belly, and whose glory is in their shame; who mind earthly things. But our conversation is in heaven, from whence also we looked for the Savior, our Lord Jesus Christ, who will reform the body of our lowness, made like to the body of His glory, according to the operation whereby also He is able to subdue all things unto Himself. Therefore, my brethren, dearly beloved, and most desired, my joy and my crown: so stand fast in the Lord, my dearly beloved. I beg of Evodia, and I beseech Syntyche to be of one mind in the Lord: and I entreat thee also, my sincere companion, help those women who have labored with me in the Gospel, with Clement and the rest of my fellow-laborers, whose names are in the book of life.

Let them exalt him in the church of the people: and praise him in the chair of the ancients. V. Let the mercies of the Lord give glory to Him: and His wonderful works to the children of men.

Alleluia, alleluia. V. (Matth. 16. 18) Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

At that time, Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose upon earth, it shall be loosed also in heaven.

Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee over the nations, and over kingdoms, to root up, and to pull down, and to build, and to plant.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Be merciful, O Lord, and look with favor upon the prayers of Thy people, and make us to rejoice of the patronage of her whose solemnity we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Humbly we pray Thee, O almighty God, that, by the intercession of Thy saints, Thou both multiply Thy gifts in us and dispose our lives according to Thy wisdom. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.